

Etiam: secundum diuisionem siue diminutionē: ⁊ sic con-
tinuū in infinitū est diuisibile: utroq; vero mō vt tēpus.

4. Phil. in tex.
com. 41.

Locus est vltima superficies corporis cōtinentis: im-
mobilis primum. Et est duplex: scilicet: proprius ⁊ com-
munis. Communis est qui continet locatum et plurima
alia sicut coelum. Est enim continentia visibilium ⁊ inui-
sibilium creaturarum. Locus proprius est circumscriptio
corporis locati: nec maior nec minor corpore incluso. Itē
tripliciter aliquid dicitur esse in loco. Circūscriptiue cui
potest assignari principium medium et finis in loco: vel
cuius partes cōmensurantur partibus loci: ⁊ sic corpus
est in loco. Diffinitiue scilicet: prout est hic ⁊ non alibi: vt
angeli. Repletive quod replet omnem locum: vt deus.
Item quedam sunt in loco per se: vt subiectum. Quedam
per accidens: vt ea que sunt in subiecto sicut forme ⁊ par-
tes integrales.

Esse in loco tri-
pliciter.
Circūscriptiue.

Diffinitiue.

Repletive.

4. Phil. in tex.
com. 32.

4. Phil. in tex.
com. 60. ⁊ c.

Vacuum est locus priuatus corpore aptus tamen re-
cipere corpus. Et ipsum vacuum esse est impossibile. Quo
tamen supposito nec motus naturalis nec animalis nec
violentus in eo posset fieri naturaliter.

4. Phil. in tex.
cō. 101. ⁊ infra.

Tempus est numerus motus secūdu prius ⁊ posteri.
Numerus est triplex: scilicet: numerus numeratus: vt
sunt res numerate. sicut tres lapides vel quatuor anguli.